

marcellino comite. mansuefacta tigris de
ab india anastasio principis missa. Vult
ergo intellegi. quia lingua prauorum bestiarum
ferocitate. uolucris; leuitate et exaltatione.
serpentibus uirulentia precellat. Sunt enim
bestiales. que ex acuerunt gladium linguarum suarum.
Sunt uolatiles. que posuerunt in celum ossa sua. & quoque
ostentant uanitate. Sunt serpentes.
de quibus dicitur. uenenum aspidum sub labiis eorum.
Lingua autem nullus hominum domare potest.
Duobus modis hec sententia potest recte
intellegi. quia & nullus doctorum bonorum
potest domare linguam eorum que se ipsos astuta
uerbositate cohibere neglegunt. & nullus
loquentium est qui aliquando delinquit
in lingua sua. Inquit & uerbum malum plenum ueneno